

- libet contrafacta; et habere debeant terram a comuni positam extra ianuam Riburgi secundum quod eis designata est, et omne factumen quod factum est et fatient in ipsa terra libere eis et eorum heredibus remaneat, debente semper ipsa zudecha
- 5 esse ibidem et continue operari ubi ad presens est. ¶ Item recipere et habere pro qualibet // pare tuttellarum irchorum 85 B bonorum et amplorum bene solatorum cum corrigia et bucha, et ipsos dare cuilibet petenti, pro quatuordecim sold. par., scilicet maiores, minores vero pro septem denariis. ¶ Item
- 10 tuttellares caprinos cum corrigia vel de pecia meliores et¹⁾ bene unctos et solatos pro septem sold. par. ¶ Item tuttellares bovinos maiores etiam cum bonis solis unctos de corono pro duodecim sold. par. ¶ Item botas mulieris ircinas bonas et magnas et bene unctas pro sexdecim sold. par. ¶ Item pro
- 15 solatura et scapinatura ipsarum botarum quinque sold. par. ¶ Item pro solatura ipsarum unum gross. ¶ Item pro aliis botis minoribus secundum quod valebunt bona fide. ¶ Item pro aliis botis mulieris de capra melioribus, bene unctis et solatis, duodecim sold. par., pro solatura et scapinatura vero
- 20 ipsarum quatuor sold. par., et pro solatura ipsarum unum gross., et pro aliis botis minoribus secundum quod valebunt bona fide. ¶ Item stivialeos irchinos bonos bene unctos et solatos pro octo gross., et pro scapinatura et solatura ipsorum sex sold. par., et pro solatura ipsorum tres den. ¶ Item botas
- 25 mulieris arietinas bene solatas pro octo sold. par., pro solatura et scapinatura ipsarum tres frx., et pro solatura earum²⁾ duos frx. ¶ Item stivaglos de capra meliores bene unctos et solatos pro decem et octo sold.; pro scapinatura et solatura ipsorum sex sold. par., pro solatura vero // tres den. ¶ Item ocricas 86 A
- 30 irchinos bonos et magnos et bene unctos et solatos pro triginta sex sold.; pro solatura et scapinatura septem sold. par., et pro solatura tres frx. ¶ Item alios ocreas de capra bene unctos et solatos pro viginti octo sold.; pro solatura et³⁾ scapinatura .VII. sold. par. et pro solatura tres frx. ¶ Item pro

¹⁾ et - unctos aggiunta marginale.

²⁾ eorum.

³⁾ et - solatura (della riga seguente) aggiunta marginale.